corpus domini. Unguentum enim illud sua amaritudine arcet ver-
mes a corrosione corporum inunctorum et conservat carnem incor-
ruptam ne possint putrescere. Et ideo isti duo devoti viri Joseph
et Nichodemus deposito corpore domini de cruce perunxerunt cor-
pus eius undique et vulnerum foramina unguentum infuderunt. Credi-
tur autem virgo Maria hiis interfuisse cum mulieribus aliis que ex devo-
tione ibi persolabantur. Sicut dicit Albertus circa hoc. Nos enim putamus
matrem eius semimortuam recessisse de funere filii sui sed tamdiu
donec terre commendatus fuit de licencia Pylati. Et non est dubium
Sedul. sed dubium quia ista solliciata unctio fuit opus magne pi-
etatis et attestata devotionis istorum. Tamen fuit indicium incre-
dulitatis illorum sicut habetur in unctione. Sequitur quod
de resurrectione ipsi nec duo sicut ipse predixerat dubitaverunt.
Si enim fidem resurrectionis ipsi [illegible] complementum habuissent pro-
fecto procul dubio scivissent quod corpus illud tam sollicite
unguentis non fuisset. Immo corpus eius divinitate etiam in sepul-
cro unita in balsamatum est ex unione divinitatis quod
si per mille annos in terra iacuisset corruptioni obnoxium non fu-
isset ut ceteris corporibus ut dicit magister Jacobus de Voragine.
Hinc tamen opinionem dissonant doctores modum quomodo
corpus enim ipsi passibile fuit et mortale quod autem humanum est
necesse subiacet corrupcioni. Sed conceptum fuit ex eo elementis
sed alia corpora humana et resolubile fuit in materia unde factum fuit.
Cri. pr. hoc autem preter quod corruptione [illegible] ullum mansisset
per mille annos vel usque ad novissimum diem [illegible] dissolutum.
Unde patet si isti plena fide [illegible] habuissent quod
tale obsequium suo corpori mortuo non fecissent. Sequitur Jo.
19. Acceperunt ergo corpus Jhesu et tali unguento undique deli-
butum linteis mundis et novis cum aromatibus id est cum speciebus
optime redolentibus que posuerant ad corpus involutum lin-
theis. Et sic ligatum et colligatum corpus domini sicut mos est
iudeis sepelire posuerunt eum in monumento novo de petra
exciso in latere montis oliveti in loco propinquo ubi monte
calvarie [illegible] que fuit locus [illegible] montis oliveti.

Et non ex hoc loco quod corpus domini involutum fuit in syndo-
ne id est in lineo panno non tincto. Ideo Silvester papa sta- Silvester
tuit de consilio [illegible] quod sacra dominica corpus et
sanguis non debeat consecrari super corporali serico vel laneo. Sed
super corporali de puro lino nullo colore tincto. Sequitur Joan.
Erat autem in loco ubi crucifixus est hortus in loco ubi ipse locus est
passionis et mortui monumentum novum quod Joseph pro
se fecerat excavari in petra excisum in quo prius nullus fuit tu-
mulatus. Hoc autem divina ordinatione fuit ne resurrectionem ipsi-
us perfidis iudeis alteri deputare [illegible] posset. Si in eo etiam
aliquis fuisset sepultus. Ibi ergo propter parasceven iudeorum quia
iuxta erat id est quia iam finis parasceves appropinquabat et exitus non
licebat operari. Ideo in loco propinquo sepelierunt corpus eius. De re-
mote enim propter festum iam stati imminens portare non audebant.
Taliter textus exponendus est. Enim sensus [illegible] fuit sexta
que parasceves vocabatur iam declinabat ad occasum et exitus inci-
piebat dies sabbati magni in quo non licuit aliquem sepelire
vel [illegible] ad fidem. Judei enim incipiunt dies suos a vespera precedenti
et ideo non audebant corpus domini remote portare ne sabbatum in-
fringerent si remote portarent a calvaria. Sed in monumento Jo-
seph quod erat propinquum [illegible] sepelierunt ut com-
pleverunt officium sepulture autem inchoante solempnitatis sabbati
in vespera iam imminente incepit. Unde dicit Luc. 23. Et dies erat
parasceves et sabbatum illucescebat id est luna iam debebat stella o-
riri. Tunc enim secundum legem dies sequens inchoabatur cum stella vel lu-
na in celo apparebant. Et notandum quod Marcus 15 Luc. dicit monumentum flo.
in quo Christus positus fuit excisum fuisse in petra et non se-
cus. Et hoc similiter factum est divina dispensatione ne iudei fingere possent
per perfossionem terre corpus esse ablatum et ad ostium monu-
menti magnum saxum advolverunt [illegible] non de facili amo-
veri posset corpus domini. Et notandum secundum Bedam quale sepulchrum Beda
fuit dispositum vel formatum sicut adhuc convenientibus [illegible]. Fuit
enim excisum in petra excisum a latere montis oliveti ad mo-
dum conniculi rotundi et habebat ostium parvum ad introitum [illegible]